MONUMENTUM
HONORIS PRÆCLARUM
VIRI
MAGNIFICI, GENEROSI ET AMPLISSIMI
DOMINI
GEORGII AUSTEN,

REIPUBLICÆ THORUNENSIUM
PRAE-CONSULIS GRAVISSIMI,
AC p. t. PRAESIDIS DIGNISSIMI,
A. M.DCCXVI. D. XXI. OCTOB. MED. NOCT. POST ACERBISSIMOS
JUXTA AC INTOLERABILES CORPORIS DOLORES
REBUS MORTALIUM EREPTI
IPSO EXEQVIARUM SOLENNISSIMARUM DIE,
QVI ERAT XXVIII. OCTOB.
PIA MENTE EX DEBITA OBSERVANTIA COHONESTARE
VOLVIT

HENRICUS REICHEL,
GYMN. COLL.



THORUNII,
Impressit Joh. Nicolai, NOB. SENAT. & GYMN. Typ.

L. A.

MONVMENTVM QVOD VIDES

MUNIMENTUM EST

VIRI

MAGNIFICI AC GENEROSI

DOMINI

GEORGII AUSTEN

PRO-CONSULIS AC p. t. PRÆSIDIS REIPUBL. THORUNENSIUM

GRAVISSIMI

VERE NON PARVI MOMENTI

MUNUS ENIM

QVOD PUBLICE GESSIT

MAGNA IN SE CONTINEBAT MOMENTA

QVAMOBREM

GNARUS SATIS

SÆPE

EX PARVIS MAGNARUM RERUM PENDERE MOMENTA

OFFICIORUM OMNIUM MOMENTA DILIGENTER PERPENDIT

SED

MOMENTO RAPTUS

MONUMENTUM HOC SIBI FIERI VOLUIT

POSTQVAM

MOMENTUM TEMPORIS

CUM ÆTERNITATE

EXTRA OMNE MOMENTUM CONSTITUTA

COMMUTAVIT

MORS EJUS

NUL-

NULLIS OPTATA

NEMINI SPERATA

SINGULIS LACRYMOSA

MULTIS DAMNOSA

OMNIBUS DOLENDA

TU

QVISQVIS ES

L. A.

QVOTIDIE ALIQVID ADVERSUS MORTEM AUXILII

TIBI COMPARA

ET

MEMOR MORTIS

QVÆ CUIQVE QVASI SAXUM TANTALO SEMPER

IMPENDET

AC PROPTER INCERTOS CASUS AC VITÆ BREVITATEM

SINGULIS MOMENTIS

NUNQVAM LONGE ABESSE POTEST

DISCE

MOMENTANEUM ESSE QVOD DELECTAT

ÆTERNUM VERO QVOD CRUCIAT

HINC

VITÆ TUÆ

QVÆ

NON NISI

PALLIATA MISERIA

FATORUM SEMITA

VANITATIS SPECULUM

VARIORUMQVE PERICULORUM SCALA

SINGU-

SINGULA MOMENTA SIC PERPENDE

NE

TE EA NON PERPENDISSE

ALIQVANDO

MOMENTO TEMPORIS VALEDICTURUM

AT

SERO NIMIS

POENITEAT

LECTOR

HIS LECTIS

PAULLOQVE ALTIUS

ALTÆ MEMORIÆ

MEMORIQVE MENTI

IMPRESSIS

ABI.

✠ ✠ ✠ ✠

GEORGIUS AUSTEN

Per Anagramma puriſſimum:

EN GAV*IS*VS TEGOR

Igne [*] pedes læſus morior, ſed ad æthera celſa
Subvectus, cano ovans: *Ignis Amoris*, ave!
Fata, manete procul! ſcando *gaviſus* Olympum,
En! *tegor* a JESV nunc ſuper axe meo.

(*) Per Synechd. Gramm.

4035